



Politicorvm Libri Decem

Contzen, Adam

Colonia, [1621]

Cap. VI. Psallendi in Ecclesia officium esse Clericis demandatum
sancteq̃ue colendum.

[urn:nbn:de:hbz:466:1-95437](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-95437)

Sacrificio
crucis con-
sentit sacri-
ficium Mis-
sa.

pro nobis obtulit. Consensus tamen Ecclesiae Catholicae semper docuit, precium illud per Sacramenta, per fidem, per sacrificium incruentum nobis applicari. Alioquin nec absq; scelere Abraham, aut Moles holocausta & victimas obtulissent; nam & illi sacrificio crucis futuro seruati sunt. Participes vero eius facti etiam per illa sacrificia, quae vel sponte, vel Dei iussu obrulerunt. Quin & oratio non modo superuacanea, sed Elaphema quoq; erit; nam Christus pro nobis orauit, & exauditus est pro sua reuerentia; an igitur nunc non interpellat pro nobis? An nos orare non possumus, si sua oratione ille quae poscenda sunt, impetrauit? Nonne oratio nostra orationem Christi facit irritam? imo sacrificium irritum? Si enim sacrificium incruentum facit irritum & perdit fructum, honoremq; sacrificii crucis, cur non oratio hominis peccatoris iterum postulantis, quod Christus & sacrificio & oratione impetrauit, non cedit in ignominiam sacrificii & orationis Iesu Christi, cui tanquam non sufficienti videtur adungi? Atque haec est expositio sacrae Scripturae, quae de vnico sacrificio loquitur, hanc omnis Ecclesia ab Apostolis usque non modo scriptis, & concionibus, sed oratorij, calicibus, altaribus basilicis, ipsiusque sacrificij perpetuo usu tenuit, hanc nullae tot sectariorum rationculae destruxerunt. Qui igitur hac in causa secessionem fecerunt, non à Monachis aut Iesuitis ut jaçant, sed ab omni vetere Ecclesia descuerunt, & nouo modo Scripturam interpretantur.

CAPUT VI.

Psallendi in Ecclesia officium esse (Clericis de-
mandatum, sanctaeque colendum

§. 1. **V**etustissimum fuisse morem laudes diuinas cantu celebrare nemini dubium esse potest, qui Exod. 15. legitur, filios Israël mersit Pharaone post transitum maris rubri in choro diuinos Deo gratias concinuisse, non voce modo, sed tympanis etiam atque instrumentis musicis.

Cantu di-
uinas lau-
des celebra-
re ex natu-
ra ortum
habet.

§. 2. Hos imitati sunt Isaacitae deinceps & praecipue postquam cantorum ordines, vicesque Dauid & Salomon descripsit; Quorum deuotione euanescente, Esseni successere, de quibus de vita contemplatiua Philo narrat in hac verba. *Vbi omnes consurrexere, duo chori sunt in medio caenaculo, alter virorum, alter seminarum: cuius suus inceptor praeficitur honore prestans, & canendi peritiam. Deinde cantans hymnos in laudem Dei compositos variis metrorum, carminumq; generibus, nunc vno ore, nunc alternis, non sine decoris & religiosi gestibus & accentibus, modo stantes, modo prorsum retrorsumq; gradum mouentes, ut canentes postulat. Deinde postquam vterq; chorus seorsum expleuit, his se deliciis, velut amore diuino ebrii vnum chorum faciunt promiscuum, ad imitationem illius olim instituti, quando mare, Deo iubente, alteris salutem, alteris perniciem attulit, precinente viris Moysi, Maria vero prophetide feminis.*

Essenorum
in choro de-
notio.

§. 3. Consuetudo eadem canendi in Ecclesiam mox cum ipso fidei initio translata est. Ita n. Paulus Col. 3. *Verbum Christi habet abundanter in vobis, in omni sapientia; docentes, & commones vosmet ipsos Psalmis, hymnis, & canticis spiritualibus, in gratia cantantes, in cordibus vestris Deo.* Quae eadem etiam monet ad Ephes. cap. 5. Christianorum cantuum testem habemus apostatam Lucianum; in Philopatr. Noctes enim diesque in eo pietatis genere perseverabant. Et persecutorem Plinium l. 10. Epist. 97. Qui nihil in Christianis delicti se reperire testatur ad Trajanum, nisi quod antelucanos ceteros concelebrent, & Christo laudes canant. Eiusdem consuetudinis testis est Iustinus Martyr oratione ad Antonium, Clemens Alexandrinus ad gentes.

Ecclesia in
muitis can-
tum com-
plexa.

§. 4. Enimuero jam olim fuisse sacri cantus contempiores docet Basil. adu. haereticos Epist. 69. ad id

vero quod propter psalmodias accusamur: quare potissimum simplices perterrefaciunt, qui nos tradunt: hoc habeo quod dicam: q. videl. qui iam obtinuerunt ritus, omnibus Ecclesiis Dei concordēs sunt & consoni. De nocte siquidem populus surgens, antelucano tempore domum precationis petit: inibiq; labore & tribulatione ac lacrymis indeficientibus facta ad Deum confessione, tandem ad orationem surgentes ad psalmodiam instituantur. Et nunc quidem in duas partes diuisi, alternis succinientes psallunt: atq; ex eo simul eloquiorum Dei exercitationem & meditationem corroborant & cordibus suis attentionem, reiectis vanis cogitationibus mentis, soliditatem suppeditant. Deinde vni ex his hoc muneris dato, ut quod canendum est, prior oratur, reliqui succinunt: atq; ita in psalmodia varietate, precibusq; subinde interiectis, noctem superant. Illucescente iam die, pariter omnes velut vno ore, ac corde vno, confessionis psalmum Domino offerunt: ac suis quisq; verbis respicientiam profitentur. Horum gratia si nos fugiti; fugietis simul & Aegyptios, fugietis Lybiam vtramq; Thebas, Palaestinos, Arabes, Phoenices, Syros, & qui ad Euphratem habitant, & (ut semel dicam) omnes apud quos vigiliae ac preces, communes, psalmodie in precio sunt. Hucusq; Basilus. Innumera in hanc sententiam afferende essent testimonia Sanctorum Patrum, sed breuitatis causa temperamus. Hinc quod in vita Damasi legitur, Hic constituit, ut Psalmi diu noctuq; canerentur per omnes Ecclesias, qui hoc precepit presbyteris, Episcopis, & monasterijs; intelligendum est, non de prima institutione, sed de generali precepto, quo ecclesiae quae id facere nondum coeperant, etiam instituerent. Nam Valentiniano & Valente Imperatoribus post persecutionem Constantii, & deinde Iuliani, Ecclesiae refluoruerunt, ut publice cani posset.

Haereticum
cantum Ec-
clesiasticum
fugerunt.

§. 5. Psalmodia vetus, & hymnodia commodius erat populo & clero; sacerdoti sane populus respondebat; ut Aufonius ostendit,

Consona quem celebrans modulati carmina Dauid,
Et responsurus ferit aera vocibus, Amen.

Romae etiam ad similitudinem celestis conitui Amen reboat, ut testis est Hieronymus in Epist. ad Galat. l. 2. Crescente multitudine fidelium, cum absque vocibus inconditoq; vltu crebro Ecclesiae personaret, quae res deuotione impediēbat, ritus conciebat, infideles offendeat, magno labore Episcopi in id incubuerunt, ut cantus religiosa grauitate, numerisq; ad pietatem accommodis perficeretur. Non modo in Ecclesia, verum etiam in Agapis, caritatis videl. epulis, ita Clemens Alexand. paedag. l. 2. c. 4. Tert. apol. c. 39. Corrigendi igitur, & ad modestiam revocandi ratio fuit, ut certis peritisq; ea prouincia committeretur. In Concil. sub Martino Papa habito statuitur, ne liceat in pulpito psallere, qui ab Episcopo non est ordinatus lector. Et dist. 92. c. 2. ordo canentium statuitur. In S. Romana Ecclesia dudum consuetudo est valde reprehensibilis exorta, ut quidam ad sacri altaris ministerium cantores eligantur, & in diaconatus ordine constituti, modulationi vocis inseruiant, quos ad predicationis officium, & eleemosynarum studium vacare congruebat. Vnde sit plerunq; ut ad sacrum ministerium dum blanda vox queritur, quae congrua vitae ne gligatur, & cantor minister Deum moribus stimulet, cum populum vocibus delectat. Quae de representi decreto constituto, ut in hac sede sacri altaris ministri cantare non debeant, solum cessi fuit, quae euangelica lectionis officium inter missarum solennia exoluant: psalmos vero, ac reliquas lectiones censio per subdiaconos, vel si necessitas exigit, per minores ordines exhiberi. Si quis autem contra hoc decretum meum venire tentauerit, anathema sit. Animus nō vox canen- tis Deū de-

Populus sa-
cerdoti re-
spondebat.

Indecora ca-
nendi ratio
sublata est.

Certis ho-
minib. ca-
nendi peri-
lis ea pro-
pulum con-
cessi fuit.

Animus nō
vox canen-
tis Deū de-

§. 6. Cantus Ecclesiae tribus modis corrumpitur. Primo, cum voce non mente canitur, cum labijs celebratur Deus ab illis, quorum cor longe à Deo est. Necessaria v. est attentio, vel ad verba, vel sensum, vel ad Deum qui rogatur, si omnium autem fit, optima est. Quae tamen ob imbecillitatem mentis humanae, & euagationem non facile semper est actualis, virtua-

Attentio
canentium
requiritur.

Gg

cum

cum suis interpp. 1.2.q.83.art.13. Soarez tractat. 4. de relig. & 1.3. & 4. & 5. Lessius de iustitia & iure. 1.2.c.34. dub. 11. Valent. 2.2. disp. 6.2. puncto 10. Reginaldus 1.18. fori pœn. c.12. l. c. 1. Itemq; alij. Nauar. in Ench. c. 25. nu. 105. Inanis enim vox est, si alio mens diuina est, & Deus solo labio honoratur.

Pocis modus sit, qui a oratione excitet.

Secundo, cum leuiter modulari, fluxeq; & indecenter infringitur. Hieron. in Ephesinam c. 5. Audiant hec adolescentuli; audiant hi quibus psallendi in Ecclesia officium est: Deo non voce, sed corde cantandum; nec in tragœdorum morem guttur & fauces dulci medicamine collinendas, vt in Ecclesia theatrales moduli audiantur & cantica, sed in timore & opere in scientia Scripturarum. Quamuis sit aliquis (vt solent illi apparere) κακὸς ὢν; si bona opera habuerit, dulcis apud Deum cantator est. Sic canet seruus Christi, vt non vox canentis, sed verba placeant, quæ leguntur: vt Spiritus malus, qui erat in Saule, eiiciatur ab his qui similiter ab eo possidentur, & non introducatur in eos qui de domo Dei scenam fecere populorum.

Hæretici errorum suorum ebrietates cantant.

Tertio, cum ea canuntur, quorum recensio contra bonos mores est. Tales erant Donatistarum ab ipsis excogitatae cantiones, ita Aug. Epist. 119. De hac re tam vtili ad mouendum pie animum, & accedendum diuina dilectionis affectum, varia consuetudo est; & pleraq; in Africa Ecclesia membra pignora sunt: ita vt Donatista non reprehendant, quod sobrie psallimus, in Ecclesia diuina cantica Prophetarum; cum ipsi ebrietates suas ad canticum Psalmorum humano ingenio compositorum, quasi tubas exhortationis instrumentum. Qua quidem in re nostra quoq; pigritia lacrymis ploranda est, quod cum Anabaptistæ, Lutherani, Calviniani, Ariani, hymnos suos moribus & fidei aduersos tanta contentione proclamant, nos negligenti, & languida cantillatione multis in Ecclesijs respondemus. Cum tamen cantio Ecclesiastica, vt docet Iustin. excitet voluptate quadam animum, & flagrans ad eius q; carmine celebratur desiderium: affectiones & concupiscentias carnis sedat, cogitationes malas inimicorum, quos cernere non est, suggestionem oborientes amolitur; mentem ad fructificationem diuorum bonorum riget, pietatis decertatores generosos, & fortes, per constantiam in rebus aduersis efficiat, omnium rerum, quæ in vita tristes, & luctuosæ accidunt, piis adfert medicinam. Huiuscemodi corruptiones cantionum fuere olim apud Arianos ad fotadicos modulos ab ipso Hæresiarcha compositæ, de quibus S. Athan. orat. 2. contra Arianos. Hos imitari sunt Meletiani, qui profano manuum plausu, & saltatione quadam hymnos concinebant. Paulus etiam Samosatenus mulieres docuerat loco Psalmorum laudes sibi in Ecclesia canere. Ita Synod. Antiochena ad Dionys. Roman. Similia deinde conatus est impios psalmos componendo, (vt Epiph. har. 67.) Apollinaris Laodiceus. vt Synod. Laodiceus refert c. 59. Eos gnauiter nostri temporis sectæ imitantur; nulla enim ferè est, quæ nonorgia sua concinat, & vocum blanditiæ impietatem, quasi Enthusiasmo propaget. Hinc omnes canendi illecebras in cœtus suos induxerunt, vt veteres Ecclesiæ hymnos, psalmodiam quæ exterminet.

Primitiua Ecclesia cur musica instrumenta minus vsa.

§.7. Musica omnia instrumenta in cantu Ecclesiastico rite & legitime vsurpantur. Nam hoc nos Psalmi frequenter admonent, psallere citharis, cymbalis benesonantibus, in chordis, & organo, in psalterio de carchordo. Non tamen illis magnopere vsa est Ecclesia initio Euangelij, tum quod in priuatis ædibus fere paruus ille grex conueniret, tum quod omnia illa organorum, & fidium genera tam gentium obsecnitates, quam idololatria contaminauit. Adeo vt cantio parum honesta videretur, si accederent instrumenta, quorum tum in lasciuia tantum pene erat vsus.

Sonus organorum tantum spiritibus ad cultum seruitiūq; diuinum recepit. Nolumus itaque, talia sonet. quod organici instrumentis in Ecclesia impudica aut lasciuia

Concil. Senensē provincial. Organorum tantum vsus esse iubet. Organorum vsus Ecclesia à Patrium bus ad cultum seruitiūq; diuinum recepit. Nolumus itaque, talia sonet. quod organici instrumentis in Ecclesia impudica aut lasciuia

melodia: sed sonus omnino dulcis, qui nihil præter hymnos diuinis & canticis spiritualia representet.

§.8. Cantandi vtilitas varia est; quam Chrysost. ho. 41. in Psal. expoluit. Nihil animam aquie erigit, & elatam quodammodo efficit, & à terra liberat, & exsoluit à vinculis corporis, & amore sapientie afficit, & vt res omnes ad hanc vitam pertinentes irrideat, perscitet, vt versus modularis, diuinū canticum numero compositum. Nostra certe natura vsq; adeo delectatur canticis & carminibus, & tantam cum eis habet necessitudinem, & conuenientiam, vt vel infantes ab vberibus pendentes, si flectant & afflictiuntur, ea ratione sopiantur. Nutrices quidem certè, quæ eos gestant in vtris, sæpe abeuntes & redeuntes, & quadam puerilia eis carmina decantantes supercilia eorum ita sopiunt. Quocirca sæpe quoq; viatores meridiæ agentes iugalia animalia, hoc faciunt, canentes, timentis molestiam illis canticis consolantes. Nec solum viatores, sed etiam agricola vnas in torculari calcantes, vindemiantes, & vites colentes, & quodcumq; aliud opus facientes, sæpe cantant. Nauta quoq; remos impellentes hoc faciunt. Iam vero meliores quoq; textentes, & confusa stamina radio discernentes, sæpe quidem & per sæpe singule, sæpe a. omnes concorditer vnam quandam melodiam concinunt: hoc a. faciunt mulieres, & viatores, & agricola, & nauta, qui ex opere faciendo suscipitur, laborem caute consolari volentes: vt pote quod anima, si carmina & canticum audierit molesta & difficilia sit facilius toleratura. Quoniam ergo hoc genus delectationis est anima nostra valde cognatum & familiare: ne demones lasciuia meretricia cantica introducentes, omnia euerterent; Psalmos Deus construxit, vt ex ea res simul caperetur voluptas & vtilitas. Et post multa de vtilitate psallendi, hoc addit: Hæc dico, non vt vos tantum laudetis, sed vt filios & vxores doceatis talia cantare cantica, non solum in texendo, aliove opere faciendo, sed maxime in mensa. Quando enim Diabolus vt plurimum insidiatur conuiuiis, cum & ebrietatis & ingluuiæ risusq; profusi & remissi animi auxilio, vitur: tunc maxime oportet & ante mensam & in mensa seminare psalmorum præsidio, & simul cum vxore ac liberis surgentes & conuiuii hymnos sacros Deo canere. Vtinam sacre cantiones in locum leuium, vecordium, spurcarum cantilenarum apud omnes succederent. Vtinam saltem die festo psallentium pietas audiretur.

§.9. Non tamen factos SS. Episcoporum, aut Doctorum hymnos Ecclesia respuit. Fuere tempore Honorij Pape I. qui eos rejecerent. Concil. Tol. 4. c. 2. eos Sanctorum approbat & recipit. De hymnis etiam canendis & Saluatorum hymnarius & Apostolorum habemus exemplum: nam & ipse Dominus nendi. hymnum dixisse perhibetur, Matthæo Euangelista testante: Et hymno dicto, exierunt in montem Oliueti. Et Paulus Apostolus ad Eph. scripsit dicens: Implemini spiritu, loquentes vobismet ipsis in Psalmis, & hymnis, & canticis spiritualibus. Et quia nonnulli hymni humano studio in laudem Dei atq; Apostolorum & martyrum triumphos compositi esse noscuntur, sicut hi, quos beati sumi Doctores Hilarius atq; Ambrosius ediderunt, quos tamen quidam specialiter reprobant, pro eo quod de Scripturis S. Canonum, vel Apostolica traditione non existunt; respuant ergo & illum hymnum ab hominibus compositum, quem quotidie publico priuatoq; officio, in fine omnium Psalmorum dicimus, Gloria & honor Patri, & Filio, & Spiritui S. in secula seculorum, Amen. Nam & ille hymnus, quem nato in carne Christo, Angeli cecinerunt, Gloria in excelsis Deo, & in terra pax hominibus bonæ voluntatis, reliqua quæ ibi sequuntur Ecclesiastici Doctores composuerunt. Ergo nec ipsi in Ecclesia canendi sunt, qui in S. Scripturarum libris non inveniuntur? Componuntur Missæ, siue preces, vel orationes, siue commendationes, seu manus impositiones, ex quibus si nulla decantentur in ecclesia, vacant officia omnia Ecclesiastica. Admonet hac fieri, atq; hortatur Timotheum Apostolus dicens: Obsecro ergo primo omnium fieri obsecrationes, orationes, postulationes, gratiarum actiones pro omnib; hominibus, pro regibus & pro omnibus qui in sublimitate sunt. Sicut ergo orationes, ita & hymnos in laudem Dei compositos, nullus nostrum vberius improbet, sed pari modo in Gallicia, Hispaniaq; celebrent, excommunicatione plebendi, qui hymnos recitæ fuerint ausi.

§.10. Re-

Cur DEVS psalmos in-

Canendi ra-
tio in eccle-
sia consi-
stenda.

§. 10. Rectissime itaq; ab Ecclesia olim statutum est, ut certa psallendi forma in Ecclesia vteretur, ita Conc. Tol. 4. c. 2. vnum orandi modum atq; psallendi retineri iubet. Ita Conc. Bracarense c. 10. quod regnante Ariamiro celebratum, & Venerum sub Leone I. c. 15. Gerundense sub Hormisdas c. 1. Epaunens. sub Gelasio I. c. 4. Omnia demum in optimum ordinem redigi iussit Conc. Trid. Egregie etiam Conc. Senense c. 17. Et cum in Ecclesia Dei Psalmodia cantanda precipiatur, ut fidelium deuotio excitetur: in hoc nocturnum diurnumq; officium & Missarum celebritates assidue clero ac populo, sub maturo tenore distinctaq; gradatione cantentur, ut eadem distinctione collibent, & maturitate delectent. Propterea precipimus, ut in ecclesiis sint musici cantus distincti, ac discreti, mouentes cor ad deuotionem compunctionemq;. Porro in Ecclesiis prae textu musici cantus, non sunt audienda publica cantilena, & lasciuia. Neg enim (inquit Hieron.) in tragedia- rum modum, guttur & fauces medicamine sunt lenienda: ne, dum blanda vox queritur, congrua vita negligatur.

§. 11. Insignia sunt de cantu Ecclesiastico documenta Concilij Mediol. 5. quae a sanctissima Caroli Borromaei anima manarunt. Monet vero. Primo ut studio quodam intime pietatis, cuius splendor foris etiam eluceat, vnusquisq; vel Canonicus, vel alius minister, quicumq; sit, qui chori officio astruitur est, ad chori disciplinam sese instruat.

Antea vero, quam eo conueniat, paululum attente secum cogitet & loci illius sanctitatem & conueniendi causam, & diuinorum laudum, quarum munus Angelorum est, officia, quae castissime ab omnibus concelebrari oportet.

Hac ipsa in cogitatione firmiter inherens, nec quicquam quidem mente, animoq; concipiat, ab eius loci religione alienum, ne dum ager, quod Dei oculus offendat.

Paret se propterea etiam, atq; etiam diligenter sancta intima animi meditatione, & religiosa oratione, ut exteriorum cultum diuinorum officiorum salutariter exequatur.

Dum superpelliceum, qui amictus ex tela candida constat, induit, cogitet, quam personam sustineat, nempe a foribus, labeg puram, qualeni vestitus ille indicat.

Cum almutiam pelliceam, quod insigne canonicorum est, humeris, vel brachijs, prout moris est, canonicus imponit, eam cogitationem suscipiat, in se respiciens, ac plane mortuus esse oportere rerum mundanarum affectiones, atq; cupiditates, ut eius rei significans est illa animalis inter mortui pelis, quam de more induit.

Si vero, ut pleriq; in Ecclesiis instituti, consuetudinis ue est, cappam induit, quae humeros contegit, & brachia quasi denunciat, ex eo amictu intelligat, se expressas, quasi deuinctas habere oportere appetitiones, ac se totum ad Dei voluntatem accommodare.

Cum igitur iis chori vestibus indutus, alium vestitum, quo foris vtitur contegat, siq; aliam personam habitu gerat, caneat, ne quicquam etiam in sacrificia, agat, admittatue, quod cum actione non recte conueniat, ob quam illum habitu induit.

Non in colloquiis quidem ab ea actione alienis se occupet: nisi cure praesit, quae id necessario postulet.

Abstineat autem semper, sed maxime dum chori vestibus indutus est, ubi sit, vel in sacrificia, vel alio loco, a iocis, a ridiculis dictis, facietisue, a cachinnationibus, a verbis inutilibus, atque inanibus, quae temere, & imprudenter effunduntur.

In chorum ne properantem, quasi distributionum quaestu incitatus accedat, sed graui incesu.

Dumq; ad chorum procedit, quamquam alii comes adiunctus, at quasi solus accedat, in ea meditatione fixus, ut secum cogitet, se ad chorum, nempe ad sancta sanctorum, ut canone antiquo cautum est, & ad publica orationis sacrificium accedere.

Cum in choro est, animum, mentemq; ab omnibus curis, perturbationibus, & cogitationibus a rei, quae geritur, sanctitate alienis, quoad eius fieri potest, abducatur, seseq; totum in Dei cultu colligat.

Illud etiam cogitet, quae ob causam eo se contulerit; tñ sibi statuat, se in conspectu Dei omnipotentis, & in corona innumerabilium Angelorum & Sanctorum esse.

Qua in cogitatione videat, perpetuoq; reputet, se eo loci con-

stare, ut Deo sanctissimum cultum, venerationemq; tribuat, atq; ab eo, & sibi & aliis omne bonum deprecetur.

Consideret vero ipsum Deum, tanquam patrem, & redemptorem amantissimum, optimum, sapientissimum, misericordissimum, quig; omnia intuens, vbique, & semper est.

Tum cordis castitatem beneq; orandi donum, & gratiam a Deo supplex petat, orationisq; sacrificium simul cum meritis Iesu Christi, & sanctorum, eius praesertim cuius memoriam ecclesia illo die celebrat, ad gloriam sancta & indiuidua Trinitatis, & ad suam, proximorumq; vtilitatem dirigat.

Cum psallendum est, primum psalmi argumentum mente animoq; concipiat.

Obseruet praeterea, quis in psalmo loquatur, an Deus, an Ecclesia, an penitens, an aspirans ad perfectionem.

Attendant item, ad quem praecipue salutarem affectum psalmus referatur.

Cum ita se religiosè pararit, magna animi attentione se ad verba, sententiasq; psalmi accommodet, ita ut laudet, gemat, extimeat, sicut psalmorum voces indicant: & quod denique ore profert, animo primum concipiat.

Tum verba singula notet, interpretationem studio assequatur, vnde mens, animusq; ad aliquem salutarem affectum inclinatur.

Ad verba etiam adiungat animo cogitationem vel amoris, vel reuerentiae vel humilitatis. Atq; ita quidem affectum aliquem excitet, ut si de virtute verba psalmi profert, desiderio accendatur imitationis, si de peccatis, intime doleat, quod in eo statim ipse fuerit, aut certe proximi eius. Et sic de alijs item, quae Psalmo significantur.

Eam porro attentionem initio vnus cuiusq; psalmi, orationis, & aliarum diuini officij partium, tum singularum horarum canonicarum renouare, atq; excitare studeat, praesertim dum illa verba, quae ad sancta orationis spiritum inflammandum valent, promittunt, Deus in adiutorium meum intende, &c. renouet.

Ut idem faciat, cum aliorum se cogitationibus distrahi animaduertit.

In fine etiam vnus cuiusq; psalmi sese excitet illis verbis, Gloria Patri, &c.

In conclusione item orationum, cum dicitur, Per Dominum nostrum Iesum Christum, spe sancta erga illum redemptionis nostrae auctorem se confirmet.

Et quoniam attentio valde admodum excitatur, si qua quisque profert, recte intelligit: ideo in ea potissimum expositione psalmorum assidue versetur, quae non varia sit, sed quae tota in excitandis, exercendisq; sanctis affectibus versetur.

Cum autem magnus psallendi fructus in Psalmodum affectibus versetur, siue quis in choro, siue priuatim, siue submissa, siue alta voce oret: idcirco certos sibi locos Psalmodum praefiniat, quibus omnis hac ratio concludatur.

Loci praecipui praeter ceteros hi sunt, vnde salutare affectus existunt, laus Dei, memoria bonorum nostrorum, commemoratio nostra miseriae, & reprehensio male agentium.

Psalmorum verbis cum Dei bonitas predicatur, ad illius dilectionem, & ad gratiarum actionem de beneficiis, quae a diuina benignitate proficiuntur, se toto animo accendat. Cum illius infinita sapientia, potentia commemoratur; admiratione afficiatur: tum intime gratuletur, cum aliquid Dei auxilio bene gestum narratur.

Cum bonorum memoria recordatioq; Psalmorum vocibus excitatur, desiderium quoddam concipiat illa sibi, & alijs consequendi, tum illa eadem a Deo petat, tum in Deo spem animo capiat fore, ut diuina eius ope, non modo quae bona sunt, quae salutaria, assequatur, sed quae mala, ac quae perniciem afferunt, vitet.

Aliquando etiam intime in Domino gaudeat, se bona, Deo iuuante, adeptum esse, & mala cauisset.

Ex miseriarum commemoratione timorem concipiat, dolorem, ac humilitatem, cum suas cognoscit infirmitates.

Ex reprehensione male agentium, agnoscat zelum diuinae vindictae, & indignationem contra nequitiam. Atq; ita quidem ex salutaribus his affectibus fructum psallendi vberimum capiet.

Chorus do-
mus ora-
tionis
Deus om-
nium cor-
dib. interest

Orationis
sacrificium
cum Christi
meritis of-
ferendum.
Psalmi in-
telligendi
sunt.

Affectus
psalmorum
sentiat.

Initio se ex-
citet, saepe
attentione
renouet.

Psalmis in-
telligendis
studeat.

Quidā ver-
sus psalmo-
rum affe-
ctus ma-
iores habent.

Hinc gau-
dia, dolor,
timor, ca-
ritas.

Canonicus
ad cantum
separet.
Dignitas
cantus di-
uini.
Tota mens
in Deo sit.
Cui consen-
tiat cultus
exterior.

Superpelli-
ceum puri-
tatis insig-
ne.
Almutia,
& cappa
vinctas pas-
siones signi-
ficat.

Vestis mu-
tatio ani-
mum mu-
tatum in-
dicat.
Silentium
chori.
Gradus len-
tus animi
compositi
iudicium.

Chorus pub-
lica oratio-
nis est locus.

In choro a-
liena a Deo
nulla cogi-
tatio ad-
mittenda.
In confe-
ctis Dei fiat,
qui in cho-
ro est.

No igitur
a ore finem
excurren-
dum.

Pœroratis Psalmis, abfolutoq; canonicarum horarum officio, paululum tacitus confistat, genibusq; flexis veniam deprecetur & negligentia, & distractionis aliusculpe, quam in eo precatationis officio admisit: tumq; hoc oret, vt pro Christi totiusq; Ecclesie meritis orationis sue obsequium, ac ministerium gratum sit, atq; acceptum.

In eo psallendi officio, cum ea mentis attentio, & salutaris affectus, tum corporis decens compositio requiretur.

Ceremoniarum
decentia sit
literis descri-
pta.

Ideo, præter ea, quæ de genibus flectendis, de capite inclinando, de stando, de sedendo, ac de cæteris partibus in primo Concilio constituta sunt, quadam etiam in choro cauemus; quæ, utpote minus decentia, & à loci illius cultu aliena, vitari oportet: ea vero tabella descripta sunt, quæ cura nostra edetur, ac in singulis sacristiis Ecclesiarum, tum cathedralium, tum collegiarum, tum parochialium affixa perpetuo sit.

Cur non &
in choris
Germania
suspenda-
tur.

Tum vero etiam hæc ipsa monita, alia tabella descripta, iridem in singulis sacristiis habeantur.

Non in sacristiis, & tabulis duntaxat, sed in tabulis cordis carnalibus: quorum enim omnis templorum ornatus, carimoniarum apparatus, nisi vt animis integris Deo feruiatur: Si tamen prelati vifum fuerit etiam in choro hæc monita suspendere, pijs incitamentum adferent, negligentibus, & rerum sacrarum fastidiosius pudorem inficient. simul eos, qui beneficia libera, & sine onere fructus sagacissime vestigant, facile coërcebut.

Puniendi
qui in cho-
ro negligit
ordinem &
decorem.

§. 12. Quam ob causam eum qui Choro præfideret grauitè officii admonet Concilium primum: In cathedralibus, & collegiatis Ecclesiis, qui choro præfider, vigilet diligenter, ne quid prætermittatur, in diuini officii institutione, vel progressionem, vel in reliquis, quæ ad probatam Chori rationem pertinent, & aliis, quæ communibus, vel propriis constitutionibus, in diuini officii obeundis præscribuntur. Neue absurdè, indecorè, vel præposterè quicquam fiat. Si qui suo officio non satisficiant, eos grauitè, & amanter obiurget; si non respuerint, iubeat punctatorem in libro illos describere, & ad Episcopum deferre, cui dignas penas pendant. Sin ipse in suo munere obeundo negligens fuerit, ab Episcopo, vel ab alio, qui Ecclesia præsit, puniatur.

Si quæ autem Ecclesia non habet, qui huic muneri nominatim præpositus sit, vel si habet, is non adsit in choro, præfidentis officio fungatur, qui primo chori loco tunc sedet ex iis, qui dignitates, aut Canonicatus in ea Ecclesia obtinent.

Inde uoti
Deum prin-
cipi postpo-
nunt.

§. 13. Nec minus accuratè Concilium Basiliense omnes instruxit scilicet. 21. Si quis Principem seculi rogatus, habitu honesto, gestu decenti, prolatione non præcipiti, sed distincta, attenta quoq; mente, supsum verbo studet componere, quanto diligentius in sacro loco omnipotentem oraturus Deum, hac omnino facere curare debet: statuit igitur sancta Synodus, vt in cunctis cathedralibus ac collegiatis Ecclesiis, horis debitis, signis congrua pulsatione præmissis, laudes diuine maiestatis per singulas horas non cursim ac festinanter, sed ad-

Tractim &
intelligen-
ter canen-
dum,

eatim & tractim, & cum pausa decenti, præsertim in medio cuiuslibet versiculi Psalmorum, debitam faciendo inter solenne ac feriale officium differentiam, reuerenter ab omnibus persoluantur. Horas canonicas dicturi, cum tunica talarum, ac superpellicii mundis ultra medias tibias longis vel cappis, iuxta temporum ac regionum diuersitatem, Ecclesias ingrediantur, non capucia, sed almuCIAS vel byrreta tenentes in capite. Qui cum in choro fuerint, grauitatem seruent, quam & locus, & officium exigunt, non in simul ac cum aliis confabulantes seu colloquentes, aut literas seu Scripturas alias legentes. Et cum

Nefas est,
putare de
psallendi
gratia ibidem
conueniant,
iuncta ac clausa
labbia te-
gnere non debent,
sed omnes,
præsertim qui
maiori funguntur
honore, in
Psalmis, hymnis
& canticis, Deo
alacriter modu-
lentur. Cum dicitur,
Gloria Patri & Filio & Spiritui
sancto, omnes consurgant.
Cum nominatur
gloriosum illud
nomen Iesus, in quo
omne genu flectitur,
coelestium, terrestrium,
& infernorum omnes
caput inclinent.
Nemo ibidem,
dum
horæ publice
cantantur, legat
vel dicat
priuatim officium.
Nam non solum
obsequium, quo
obnoxius est choro,
subtrahit, sed
alios psallentes
perturbat. Super
his debite obseruan-

dis, aliisq; ad diuini officii prosecutionem ac chori disciplinam spectantibus, Decanus, vel cui onus incumbit, diligenter inuigilet, hinc inde ne quid inordinate fiat, circumspiciens. Horum autem transgressores, illius hora in qua circa prædicta excesserint, vel alia maiori, prout transgressionis grauitas exigit, plectentur pœna.

Hæc si serio, prout debent, æternæ salutis discrimine, prælati curent, breui aliam Ecclesie formam intuebimur.

§. 14. Eadem etiam sessione de præsentia in choro ea docuit, quæ neglecta clerum perdidit, & hæreses nouas adsciuerunt. Qui in matutinis ante finem Psalmi, Venite exultemus, in aliis Horis ante finem primi Psalmi, in Missa ante vltimum Kyrieison, vsq; in finem diuini officii non interfuerit, nisi forte necessitate cogente, ac petita & obtenta à Præfide chori licentia, discedere oporteat, pro illa hora absens censetur, salus Ecclesiarum consuetudinibus, si qua forte circa hoc arctiores existant. Idem in his obseruetur, qui in principio vsq; in finem in processionibus non habens notandi personas singulas statuto tempore non conuenientes, iuramento adstrictus agere fideliter & nulli parcere. Inbet etiam hæc sancta Synodus, quod in illis Ecclesiis, in quibus singulis horis certæ distributiones statuta non sunt, omnino etiam de grossis fructibus, (si opus sit) deputentur, vt iuxta mensuram laboris plus minusue quisq; capiat emolumenti, tollens prorsus abusu illud, quo in vna duntaxat hora præfens, totius diei distributiones usurpat: & illud, quo Præpositi, vel Decani, aut alii officiales ex hoc solum, quod officiales sunt, licet actualiter pro vtilitate Ecclesie non absint, quotidianas distributiones percipiunt.

Ex quo certo colligimus. Primo. Grauitè eos delinquere, qui canendi partes laudesque Dei celebrandi in Ecclesia, cum viuunt, & sæpe laute viuunt de Ecclesia, tanquam sua dignitate inferius arbitrati, pauperioribus Sacerdotibus, vicarijs, studiosis, conductitijs cantoribus delegant. Non ita David noctes & dies Deo concinens, non ita Carolus Magnus qui canendi modos ipse tradidit, non maximi, sanctissimiq; Pontifices, qui cum Regibus & Imperatoribus munificentissime Ecclesias dotarunt, vt à viris doctissimis, illustrissimisq; publice diuinum numen coleretur. 2. Consuetudinem, opinionemque eorum damnablem esse, qui cum beneficia Ecclesiastica possideant, vel raro adeundum templum sibi arbitrantur, vel solum præsentiam ad redditus accipiendo sufficere jactant. Cum enim beneficium datur propter officium, ocio solo fructus suos facere non potest, multo minus negotio, quod ocio peius est. Quis enim credat, vel mentem fundatorum fuisse, vel Deo curæ esse prauissimum morem eorum, qui in perystilio, vel ipsa Ecclesia inanibus sunt fabulis intenti, dum alii officia diuina decantant? Nunquid domos habetis, & xyftos, & hortos ad ambulandum, & fabulandum, & Ecclesiam Dei contemptis? Ecclesiam Dei, vnde vobis præstatur, vt ocio se fabulari possitis? Quo autem vultu alios ciues vestros, qui decimis collationibusq; Ecclesias conseruant in eo templo orare, psallere que cernitis, quod vestris fabulis personat? Sacerdos, Canonicus, Diaconus, ridendo, garriendo, in conspectu angelorum, inter Psalmos & tremenda mysteria, in medio templi, in conspectu S. Eucharistia, cum eorum officium sit modestia, deuotionis, reuerentia erga Ecclesiam exempla cunctis dare; magno omnium scandalo præfens est, secularia negotia forte nugatoria tractatq; si forte aliquando de pietate loquitur; quia tamen loco fit nō concessio, culpa nō vacat, quia domū orationis, sacrarium Domini corporis facit domum negotiationis, recreationis, discursationis, nugarum.

3. Hinc ortam esse tot malorum causam. Quia domus Dei à suis ministris contemnitur. Aggai c. 1.

Insigne præ-
ceptum.

Absens di-
tributioni-
bus caret.

Damnata
consuetudo
in Ecclesia
fabulandi.

Canonicus
Ecclesia ex
qua vixit
contemnit
merito ab
omni con-
temnitur.

Deus mali-
tiam bene-
ficii alere
non solet.

v. 2. Deus causam malorum esse ait, sacrorum negle-
ctum. Populus iste dicit: Nondum venit tempus domus Do-
mini edificanda. Et factum est verbum Domini in manu Ag-
gei Prophetæ dicens: Nunquid tempus vobis est, vt habitetis in
domibus laqueatis, & domus ista deserta? Et nunc hæc dicit
Dominus exercituum: Ponite corda vestra super vias vestras:
seminastis multum, & intulistis parum: comedistis & non estis
satiati: bibistis & non estis inebriati: operuistis vos, & non
estis calefacti: & qui mercedes congregauit, misit eas in saccu-
lum pertusum. Hæc dicit Dominus exercituum: Ponite cor-
da vestra super vias vestras: ascendite in montem, portate li-
gna, & edificate domum, & acceptabilis mihi erit, & glori-
ficabor dicit Dominus. Respexistis ad amplius, & ecce fa-
ctum est minus: & intulistis in domum, & exussistis illud:
quam ob causam dicit Dominus exercituum? quia domus
mea deserta est, & vos festinastis vnusquisq; in domum suam.
Propter hoc super vos prohibiti sunt coeli ne darent rorem, &
terra prohibita est ne daret germen suum & vocauit siccitatem
super terram, & super montes, & super triticum, & super
vinum, & super oleum, & quacumq; profert humum, & super
homines, & super iumenta, & super omnem laborem manuum.

Nunc vero non tantum domus Dei non ædifica-
tur, sed quæ est ædificata in vsus profanos vertitur:
ideoque vbi tantum inualere mali mores, vt ordina-
ria potestate non possint emendari, clerus templi
sui cõtempor eradicabitur, vt iam multis in locis factum
est. 4. Reformatio facilis, si velint illi, qui velle de-
bent. Quis enim si superioribus displicere videat, in
re, cuius emolumentum nullum est, inuerecunde
offendere audeat? Deinde vt absens distributionib;
priuatur, ita ambulones illi multa duplici punian-
tur, vt & careant distributionibus, & pro fabrica Ec-
clesiæ sumptum pendant. Neque enim licentia, sed
depositione tanta templa exstruxit maiorem nostro-
rum, & religiosa magnificentia. Verum de hoc errore
iterum rediturus est sermo, quia sæpe est reppen-
dendum, quod sæpe peccatur.

CAPVT VII.

Horas Canonicas, & Vigilias in Ecclesia vfitatas fuisse, & esse.

Ordo precũ
olim in Ec-
clesia, vt &
in templo
Salomonis.

§. 1. **H**ORA Canonica in Ecclesia instituta sunt, vt
à Dei ministris certo ordine, diuinae laudes
canantur, dicantur. Postquam enim Sacerdotibus
Christianis alimenta statuta sunt, etiam laudum di-
uinarum, & precum certa pensã definita sunt: Quæ
prius temporibus, quamquam certo Psalmore, &
orationum, lectionumque numero non continerentur,
maiora fuere, quam nostris.

Certe hora
solennes in
oratione.

Antiquissima igitur res est, horarum Canonicarum
in Ecclesia, cantio, recitatioque. Imo vero ini-
tia sunt in Iudæorum Ecclesia. Tertullianus contra
Psychicos c. 10. Porro cum in eodem commentario Luca, &
tertia hora orationis demonstratur, sub qua Spiritu sancto
initiati pro ebriis habebantur; & sexta qua Petrus ascendit in
superiora, & nona qua templum sunt introgressi, cur non in-
telligamus salua plane indifferentia semper & vbiq; & omni
tempore orandum: tamen tres istas horas, vt insigniores in
rebus humanis quæ diem distribuunt, quæ negotia distinguunt,
quæ publice resonant, ita & solennes fuisse in orationib; diui-
nis: quod etiam suadet Danielis quoq; argumentum ter die
oranti, vtiq; per aliquarum horarum exceptionem, non alia-
rum autem quam insigniorum exinde Apostolicarum, tertia,
sexta, nona.

Tres igitur horas vfitatas inter Christianos, & ho-
ras precum insigniores, siue solennes agnoscit Ter-
tullianus. Eadem eodem modo probat Cyprianus
I. de orat. Dominica. Verba sanctissimi martyris, &
præfatus adducere in animo est, vt cognoscat Clerus
Christianus, quo studio oporteat sacra officia pera-
gere, nobis à tam veneranda antiquitate commen-

data intelligant, & irrefræcos precum nostrarum hære-
tici, se cum vetustate, & sanctis vniuersis pugnare. Ita
igitur Cyprianus l. citato. In orationibus vero celebra-
dis inuenimus obseruasse cum Daniele tres pueros in fide fortes,
& in captiuitate victores, horam tertiam, sextam, nonam, sa-
cramento scilicet Trinitatis; quæ in nouissimis temporibus
manifestari habebat. Nam & prima hora in tertiam veniens,
consummatum numerum Trinitatis ostendit. Itemq; ad sex-
tam quarta procedens, declarat alteram Trinitatem. Et
quando à septima nona completur per ternas horas Trinitas
perfecta numeratur: quæ horarum spatia iam pridem spirita-
liter determinantes adoratores Dei statuti & legitimi ad
preces temporib; seruiebant; & manifestata postmodum res
est, sacramenta olim fuisse, quod ante sic iusti precabantur.
Nam super discipulos hora tertia descendit Spiritus sanctus,
qui gratiam Dominica repromissionis impleuit. Item Petrus
hora sexta in tectum superius ascendens, signo pariter & voce
Dei momentis instructus est, vt oēs ad gratia salutis admitteret,
cum de emundandis gentilib; ante dubitaret. Et Dominus
hora sexta crucifixus, ad nonam peccata nostra sanguine suo
abluit, & vt redimere & viuificare nos posset, tunc victoriam
suam passione perfecit. Sed nobis, fratres dilectissimi, præter
horas antiquitus obseruatas, orandi nunc & spacia & sacra-
menta creuerunt. Nam & mane orandum est, vt resurrectio
Domini matutina oratione celebretur, quod olim Spiritus
sanctus designabat in Psalmis dicens: Rex meus & Deus me-
us, quoniam ad te orabo Domine: mane exaudies vocem me-
am: mane assistam tibi, & contemplanor te. Et iterum per Pro-
phetam loquitur Dominus: Diluculo vigilabunt ad me dicen-
tes: Eamus & reuertamur ad Dominum Deum nostrum. Re-
cedente item sole ac die cessante necessario rursus orandum est.
Nam quia Christus Sol verus, & dies est verus, sole ac die secu-
li recedente, quando oramus & petimus, vt super nos lux denique
veniat, Christi precamur aduentum, lucis æternæ gratiam præ-
biturum. Christum à deo dictum declarat in Psalmis Spiritus
sanctus: lapis, inquit, quem reprobauerunt ædificantes, hic fa-
ctus est in caput anguli: à Domino factus est iste, & est admi-
rabilis in oculis nostris. Iste est dies quæ fecit Dominus, ambule-
mus & iucundemur in eo. Item quod Sol appellatur sit, Mala-
chias Prophetæ testatur dicens: Vobis a, qui timetis nomen
Domini oriatur Sol iustitiæ, & in caelis eius curatio est. Quod
si in Scripturis sanctis Sol verus, & dies verus est Christus, ho-
ra nulla à Christianis excipitur, quo minus frequenter & sem-
per Deus debeat adorari, vt qui in Christo, hoc est, in sole, & in
die vero sumus, in ipsam per totum diem precibus & ore mu-
tuetur: & quando mundi lege decurrens vicibus æternus nox reuoluit,
succedit, nullum de nocturnis tenebris esse orantibus damnum
potest, quia solis lucis & in noctibus dies est: Quando enim sine
lumine est, cui lumen in corde est? aut quando Sol ei & dies
non est, cui Sol & dies Christus est? qui autem in Christo, hoc
est, in lumine semper sumus, nec noctibus ab oratione cessamus.

Horis igitur Tertullianæ Cyprianus adiungit
matutinam, vespertinam, nocturnam. Hieron. Epist.
ad Demetriadem, & Latam sui etiam temporis con-
suetudinem eam fuisse ostendit. Non est ergo hoc in-
stitutum Damasi, Hieronymi, Ambrosii, nisi quod
magis horum consilio, iussuq; in ordinem omnia sint
reducta, atq; ita Sigebertus in Chronicis, & Radul-
phus Tungrensis intelligendi sunt, cum hos patres
institutores horarum nominant.

Antiquiorẽ horarum fuisse rationẽ docet Athasi-
us de virg. Oriens Sol videat librum in manibus. Post ter-
tia synaxes conficiet, quoniam ea hora defixum est lignum
crucis. Sexta hora absoluet deprecationes cum Psalmis, plo-
rationem, & supplicationibus; quoniam hac hora pe-
pendit Filius Dei in cruce. Nona hora rursus in hymnis &
glorificationibus eris, cum lacrymis & confessione peccatorum
tuorum Deo supplicabis; quoniam hac hora Dominus in cru-
ce pendens reddidit spiritum: & post synaxin hora nona co-
mede panem tuum. & post nonnulla: Si, inquit, ingredieris
in templum duodecima hora, maiorem & longiorem facies
synaxin cum virginibus tecum concordibus: quod si nullam
habeas

Horæ sacræ
mento Tri-
nitatis dis-
tincta.

Mane cõf
orandum.

Posteriore,
magis ordi-
narunt ho-
ras.

Varis horis
facta my-
steria deu-
otionem au-
gent.